



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale, seu Institutio Sacerdotum, Ex Divinis Litteris Et Veterum Patrum Disciplina

**Torres, Alfonso de
Ingolstadii, 1604**

De humilitate Sacerdotum. §. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48973)

virtutibus exornatur : gaudet in rebus aduersis, in calamitatibus probatur, exultat in tentationibus, ad obedientiam promptus, in longanimitate stabilis, in caritate perfectus, maledicentibus benedicit, in bello pace perfruitur, in pace non est dissolutus, &c. Alacer in ieiuniis, frequens in orationibus, diligens in vitæ ratione instituenda, gratus in muneribus suis obeundis, in mutua consuetudine iucundus, in consilio dulcis, in vigilia letus, in hospitem cura studiosus, in ægrotantium ministerio sedulus, velox ad subueniendum, sobrius ad cogitandum, ad omne denique negotium expeditus : ad cuncta enim opera bona est paratissimus. Quare magna cum fiducia ad Dominum ex-
Psal. 39. clamat, dicens : Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas. *S. Ephraëm de virtutibus & vitiis, cap. de Patientia. Vide Inf. p. 3. c. 11. Ne sit iracundus.*

De Humilitate Sacerdotum.

§. III.

SVMMARIVM.



VI paruulus est in oculis suis, à Deo exaltatur. 1. 12.
Qui se humiliat, à Deo liberatur à malis, & exauditur. 2. 3. 4. 5. 6. 9.
Quanto quis maior, eo humilior esse debet. 7. 8. 11. 21.
Pott.

Potestas cum humilitate suscipienda: quia ignoratur,
an sit à Deo. 22. 23.

Quando quis iustior, eo humilior: quia proprius defe-
ctus clarius intuetur. 18. 19. 20.

Humilitas vera quæ. 13. 14.

Eius varia epitheta. 16.

In prosperis, & aduersis tenenda. 24.

Ea nihil sublimius, ideo amplectenda. 17.

Immoderata tamen reprehensibilis est. 33.

Sacerdos debet esse humilis, quia pacatum, & tranquil-
lum ministerium gerit. 15.

Qui seipsum cognoscit, transit in Deum. 25.

Et is alium non reprehendit. 26. 27. 28.

Qui verbo humilis non est, nec opere erit. 30.

Superbus appetit humilis apparere, ne vilis habeatur.
31. 32.

Præstat cum iniquatione carnis, quam cum elatione
mentis habere conflictum. 29.

NONNE, cum paruulus esses in oculis tuis, ca-
put in tribubus Israël factus es? 1. Reg. 15.

Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? 2

Quia igitur humiliatus est mei causa, non indu-
cam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui in-
feram malum domui eius. 3. Reg. 21.

Cum vidisset Dominus, quod humiliati essent, 3

factus est sermo Domini ad Semeram, dicens:

Quia humiliati sunt, non disperdam eos, daboq;
eis pauxillum auxilij, & non stillabit furor meus
super Ierusalem. 2. Paralip. 12.

i

Hæc

- 4 Hæc dicit Dominus: Quoniam audisti verba voluminis, atq; emollitum est cor tuum, & humiliatus est in conspectu Dei super his, quæ dicta sunt contra locum hunc, & habitatores Ierusalem, reueritusq; faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me: ego quoq; exaudiui te, dicit Dominus. *2. Paralip. 34.*
- 5 Non in multitudine est virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi placuerunt tibi: sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. *Iudith 9.*
- 6 Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam: quoniam ab humilibus honoratur. *Eccl. 3.*
- 7 In die honoris tui ne extollaris, &c. *Eccl. 11. Re-
ctorem te posuerunt: noli extolli: esto in illis qua-
si vnus ex istis, &c. Eccl. 32.*
- 8 Oratio humiliantis se nubes penetrabit. *Eccl. 35.*
- 9 Humiliatus sum, & liberauit me. *Psal. 14.*
- 10 Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. *Matt. 20. Marc. 10. Luc. 9. 22.*
- 11 Facti sumus paruuli in medio vestrum. *1. Thes. 2.*
- 12 Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. *Iacob. 4.*

Humilitas vera quæ.

- 13 HVMILITAS vera & perfecta est, cum exhibita gloria contemnitur, nec exhibenda appetitur, &c. Verus humilis nec maiori, nec minori, nec æquali se comparat, immo nullum inferiorem se credit nullum

nullum omnino spernit, &c. Talis nullam timet contumeliam, quia nullam amat gloriam, &c. *Albertus Magnus in Paradiso anime, c. 2.* Est enim virtus, qua homo verissima sui agnitione sibi ipsi vilescit. *S. Bernardus de gradibus humilitatis, & contemptus propriæ excellentiæ. Idem epistola 42. S. Bonau. de perfectione vitæ, c. 2. decem indiciis comprobatur. Cassianus l. 4. c. 39.*

Verus humilis nō vult humilis prædicari, sed vilis reputari, gaudet cōtemptu sui.

Idem S. Bernardus in Cant. serm. 16.

14

Humilis debet esse Sacerdos, quia pacatum & tranquillum ministerium gerit.

Si Christi altari ministras, da operam, vt cum 15
ipſius legibus munus tuum adminiſtres; manſue-
tum videlicet, atq; corde humilem, & ſubmiſſum
te præbens. Neque enim forenſem quandam præ-
fecturam, atq; imperium faſtu, ac pompa, & inſo-
lencia tumidum tractas, ſed pacatum, atque tran-
quillum miniſterium, &c. *S. Iſidorus Peluſ. epiſt. 157. lib. 1.*

Humilitatis varia epitheta.

HUMILITAS tutiſſimus eſt virtutum omnium 16
theſaurus. *S. Baſilius de conſtitutionibus monaſt. c. 17.*

Eſt cuſtos pudicitie, & mater patientiæ. *S. Bernar-
dus de ordine vitæ. Caſſianus l. 7. c. fin. & coll. 18. c. 13.*

Eſt fundamentum, & cuſtos omnium virtutum.
Idem S. Bernardus ſerm. 1. de Natali. Eſt magiſtra

i 2

omni-

omnium virtutum, & celestis ædificij firmissimum fundamentum. *Idem Cassian. coll. 15. c. 7.* Est virtutum omnium mater, ac totius spiritualis structuræ solidissimum fundamentum. *Idem Cassian. coll. 19. c. 2.* Magistra rectitudinis. *S. Gregor. Moral. l. 25. c. 14. optime l. 34. c. 18.*

Humilitate nihil sublimius, ideo amplectenda.

- 17 DVM se humiles deiiciunt, ad Dei similitudinem ascendunt, &c. Quid humilitate sublimius, quæ, dum se in ima deprimit, auctori suo manenti super summa coniungitur. *S. Gregor. Pastor. p. 3. admon. 18.* Humilitatem ergo amplectere, & diaboli retibus numquam capieris: leuissimis enim humilitatis alis sublatus, velocior, ac sublimior existes, quam vt ab eo capi possis. *S. Ephraëm de recta vitæ ratione, c. 8.*

Quo quis iustior, eo humilior, quia proprios defectus clarius intuetur.

- 18 SANCTI viri, quo altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esseprehendunt: quia, dum proximi lucifunt, quidquid eos in seipsis latebat, inueniunt. *S. Bonau. in Phar. l. 1. c. 34. de reform. mentis c. 10. de processu 6. religionis c. 18. ex S. Gregorio l. Moralium 32. c. 1.*

De eodem.

- 19 SANCTI omnes, quando in Dei visione proficiunt, quanto magis diuinitatis interna conspiciunt, tanto magis se nihil esse cognoscunt. Nusquam quip-

quippe legitur, quod Abraham cinerem, & pulue- *Gen. 18.*
 rem se esse professus est, nisi cum habere meruerit
 Dei colloquium. *S. Gregor. Moral. l. 18. c. 27. l. 35. c. 2.*
S. Bonau. in Phar. l. 2. c. 29. & in Spec. disc. partic. 2. c. 3.

De eodem.

QUANTO magis profecerit mens humana, & ad 20
 sinceriorem peruenerit contemplationis puri-
 tatem, tanto se immundior quasi per speculum
 suae puritatis inspiciet. Quia necesse est, vt, dum
 animus ad sublimiorem se extendit intuitum, &
 maiora, quam agit, prospiciens concupiscit, illa, in
 quibus est, vt inferiora, ac semper viliora despi-
 ciat. *Cassianus coll. 23. c. 20. 21. & fere per totam colla-*
tionem, & l. 12. c. 15. S. Chrysost. de Sacerd. l. 6. & dis-
similitudine 62. S. Gregor. Moralium l. 5. c. 21.

Quanto quis in dignitate sublimior, tan-
 to humilior esse debet.

QUANTO ad maiores Sacerdotij gradus acce- 21
 dere tibi propinquius contigerit, eo animos tuos
 magis demittito, idque territus exemplo filiorum
 Aaron. Pietatis enim cognitio, humilitatis, & mā-
 fuetudinis cognitio est, quādo, se animo scire sub-
 mittere, Christum est scire imitari, &c. *S. Basilus*
serm. de abdicatione saeculi. S. Bernard. epist. 42.

Potestas cum humilitate suscipienda.

IMPOSITAS tibi curas humiliter suscipe: tradi- 22
 tum ministerium mente subdita exple. Esto obe-
 diens diuinæ dispensationi, voluntati eius contra
 ire non audeas, &c. *S. Isidorus in Synonymis. c. fin.*
dist. 100. c. contra morem.

Tantum necesse est, vt se vnusquisque in
humilitate deprimat, quantum si sit
electus ignorat.

23 *S. Gregor. super 1. Regum 16.*

Humilitas in prosperis, & in aduersis re-
nenda.

24 *Idem S. Gregor. l. 2. epist. 51.*

Qui seipsum cognoscit, transit in Deum.

25 *Mercurius Trismegistus in Pimandro.*

Qui te considerat, alium non reprehen-
dit.

26 CVM Sacerdos ad semetipsum reuertitur, & sese
bene considerat, non exquirat, quid in aliis repre-
hendat, quia in semetipso inuenit multa, quæ plan-
gat, &c. *S. Bernardus de modo bene viuendi serm. 54.*

De eodem.

27 NUMQVAM detrahes, si te bene perspexeris. *S.*
Isidorus in Synonimis. Vide sup. §. 2. de patientia, cap.
Patienter illatam, n. 9.

De eodem.

28 Ex consideratione propriorum defectuum
conseruatur humilitas in virtutibus. *S. Gregor. Mo-*
ral. l. 28. c. 6.

Præstat, cum iniquatione carnis, quam
cum elatione mentis habere confi-
ctum.

29 *S. Climacus gradu 4. de obe. S. Greg. Moral. l. 33. c. 11.*

Qui

Qui verbo non est humilis, nec erit
opere.

Qui in verbo humilis non est, numquam pro- 30
fecto erit in opere, &c. Ex obedientia humilitas,
ex humilitate vero placida animi tranquillitas na-
scitur. *Idem S. Climacus ibidem.*

Gloriosa res humilitas, qua ipsa quoq; su-
perbia palliare se appetit, ne vilescat.

S. Bernardus de duodecim gradibus humilitatis. 31

De eodem.

Quid facit superbia sub pannis humilitatis tue, 32
Domine Iesu? numquid non habet, quo se pal-
liet humana malitia, nisi vnde inuoluta est salua-
toris infantia? *Idem S. Bernardus in apologia.*

Immoderata humilitas damnatur..

SOLERTER intuendum est, ne, dum immode- 33
ratus custoditur virtus humilitatis, solvantur iura
regiminis; & dum prælatus quisq; plus se, quam
debet, deijcit, subditorum vitam distringere sub
disciplinæ vinculo non possit, &c. *S. Gregor. Pastor.*
p. 2. c. 6. l. 1. epist. 24. Moral. l. 26. c. 19. l. 1. c. 10. Ne, et-
iam cum studet plusquam necesse est hominibus
subijci, compellatur etiam eorum vitia ve-
nerari. *Idem S. Greg. Past. p. 3. admon.*

18. *Alia vide inf. p. 3. c. 10.*

Ne sit superbus.

regum

i 4

De